ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. CREM. 255

Curia Generalizia - Roma

Cremona - Orfani

Crem_ 255

Copia della bolla di S. Pio X con cui concede la chiesa di S. Gerolamo con l'obbligo dell'assistenza agli Orfani-

1569

A.S.M. - Fondo di religione -
cart. 4387

Copia
Della Bolla di S. Pio V. in cui assegna la Chiesa di S. Vitale alli Padri Somaschi.

1569

Bulla Pii V.

in quâ Presbiteris Congregationis Somaschæ Ecclesiam Sancti Vitalis, ejusque Redditus et Domum adnexam assignat, cum onere excercendi curam pauperum Orphanorum.

Et

Notationes
circa eandem Bullam.

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam

Salvatoris Domini nostri Jesu Christi.

Actione instructi inter curas multiplices, quae nostris humeris ex Apostolatus offi:
cio incumbunt, illam libenter amplectimur, per quam miserabilium Orphanorum ac
Regularium, et pauperum Personarum necessitatibus et indigentijs congruè valeat
subveniri: Et ut id juxta cordis nostri desiderium feliciter subsequi possit, opera:
rias manus favorabiliter adhibemus, ac desuper disponimus prout in Domino
conspicimus salubriter expedire. ~~Sti~~ Exhibita sanè nobis nuper pro parte ve:
nerabilis fratris nostri Nicolai Episcopi Cremonensis, et dilectorum filiorum Congre:
gationis Presbiterorum Regularium de Somascha nuncupatorum ac Collegij Orphano:
rum Cremonensium petitio continebat, quòd aliàs, postquam tunc existens bonae
memoriae Federici Sanctae Romanae Ecclesiae Presbiteri Cardinalis de Cesis nuncupa:
ti, qui tunc in humanis agens Ecclesiae Cremonensi ex concessione et dispen:
satione apostolica praeerat, cuique collatio, provisio, et omnimoda alia dispo:
sitio omnium et singulorum Beneficiorum Ecclesiasticorum Civitatis et Diocesis Cre:
monensis auctoritate apostolicâ reservata et concessa extiterat, Vicarius 1
in spiritualibus Generalis ~~unionem~~ unionem annexionem et incorporationem de Paro:
chiali Ecclesiae Sti Vitalis Cremonensis Prioratui Sanctorum Cosmi et Damiani
Ordinis Sti Benedicti Cremonensis quem dilectus filius Otto de Parentis clericus
ex concessione apostolica in Commendam ad ejus vitam tunc obtinebat perpetuò
factam, ipsius Othonis ad id expresso tunc accedente consensu ordinaria auctori: 2
tate de facto dissolverat, ac nonnullorum Nobilium et aliorum Civium Cremonensium,
qui de anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo primo moti pie:
tate collegerant quamplures Orphanos miserabiles utriusque sexus, et eis ab in:
vicem separatis unum Collegium Orphanorum hujusmodi in dicta Civitate erexerant 3 *
et instituerant, necnon Rectorum et Administratorum per dictum Federicum Cardina:
lem ad curam et regimen ejusdem Collegij tunc Electorum, et per eosdem Nobiles appro:
batorum supplicationibus inclinatus erectionem et institutionem hujusmodi dictâ auc:
to:

ctoritate approbaverat et confirmaverat, ita quòd Collegium hujusmodi capax esset
et censeretur quorumcumque bonorum relictorum et Legatorum, haberetque de jure
eam auctoritatem et potestatem, quam quaecumque legitima Universitas habebat et
habere poterat, et insuper dictam Ecclesiam Sti Vitalis per dissolutionem praedictam va:
cantem, cum illi forsan annexis ac omnibus juribus et pertinentijs suis dicto Colle:
gio, illiusque pro tempore existentibus Rectoribus et Administratoribus, itaquòd lice:
ret eis Ecclesiam Sti Vitalis ac illius bona hujusmodi regere et administrare, ac do:
mos ad eandem Ecclesiam Sti Vitalis spectantes ad usum et habitationem dictorum Orpha:
norum reducere, nec non de Ordinarij Loci licentiâ unum Sacerdotem idoneum ad ip:
sorum Rectorum et Administratorum nutum amovibilem, qui curam ejusdem Ecclesiae
Sti Vitalis, et dilectorum filiorum illius Parochianorum exerceret, illisque Sacramen:
ta Ecclesiastica ministraret juxta salarium sibi constituendum deputare eadem
auctoritate quamvis similiter de facto concesserat: Dicti verò Nobiles et Cives eidem
4 Ecclesiae Sti Vitalis pro augmento illius dotis quamdam domum in Instrumento tunc
desuper confecto expressam donaverant, et postremò Rectores et Administratores prae:
fati Collegij ut potè Laici, et magis circa propria occupati, et habentes domos
proprias, in quibus cum eorum familijs habitabant, curam Orphanorum masculorum
in domibus Ecclesiae Sti Vitalis degentium hujusmodi assiduè vacare non pos:
sent, et similis cura potius Religiosis, quam Secularibus Personis competere vi:
deretur, nonnulli Presbiteri dictae Congregationis, quorum praecipuè cura esse
consueuit in omnibus ferè Italiae urbibus se habere uti Patres erga Orphanos
miserabiles hujusmodi, praecipuè in his quae ad animarum salutem pertinent,
5 spontè et amore divino sese ab initio erectionis, et institutionis dicti Collegij
ad earundem Orphanorum masculorum custodiam in eisdem domibus applicaverunt,
id nedum Rectoribus et Administratoribus, sed etiam universâ Civitate praedic:
tis optimè ratum habentibus: Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, dic:
tus Nicolaus Episcopus Ecclesias Civitatis et Diocesis suae, prout ejus incum:
bit officio, visitando reperierit concessionem per Vicarium factam hujusmodi viribus
non subsistere, et si Presbiteri Congregationis hujusmodi, qui Regulares
auctoritate apostolicâ sint effecti, et, ut eis magis crescat devotionis affectus,
di:

digni sunt fructu laborum suorum, ac qui in prædicta Civitate eorum continuo auxi:
lio et indefessâ assistentiâ indigent Orphani prædicti, indè ejicerentur, Presbi: 6
teri sinè adiutorio, Orphani verò prædicti tanquam Oves sinè pastore errarent,
ac cum maximo scandalo et malâ satisfactione totius civitatis prædictæ hoc
laudabile Pietatis opus negligeretur, et omnis bonus fructus, qui indè sequitur,
et verè magnus est, periret, et proptereà pro opportuna præmissorum provisio:
ne, et ut Presbiteri Congregationis hujusmodi melius et quietius possent gu:
bernio Orphanorum prædictorum incumbere, prædictus Nicolaus Episcopus cuperet
curam animarum Ecclesiæ Sti Vitalis imminentem hujusmodi ab illâ abdicari, ac
eandem Ecclesiam Sti Vitalis dictæ Congregationi perpetuò univi; sed quia per Decre:
ta Concilij Tridentini immutatio status Parochialium Ecclesiarum prohibetur, dubitat
id auctoritate ordinaria fieri posse. Quare pro parte Nicolai Episcopi, ac Congre:
gationis et Collegij prædictorum asserentium dictæ Ecclesiæ Sti Vitalis, et illi forsan an:
nexorum fructus et proventus triginta Ducatorum auri de Camerâ secundum com: 7
munem extimationem valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter supplica:
tum, ut Ecclesiam Sti Vitalis hujusmodi dictæ Congregationi perpetuò unire, annec:
tere, et incorporare, nec non curam animarum Parochianorum hujusmodi ab eâdem
Ecclesiâ Sti Vitalis abdicare, et illam ad alias viciniores Parochiales Ecclesias
transferre, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate apostolica
dignaremur: Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes
beneficia ecclesiastica alijs ~~univi~~ univi, tenerentur exprimere verum annuum
valorem secundum extimationem prædictam, etiam beneficij, cui aliud univi peteretur
alioquin unio non valeret, et semper in unionibus commissio fieret ad partes vo:
catis quorum interesset, eorundem pauperum Orphanorum statui paternè compatien:
tes, ac Nicolaum Episcopum et Congregationem ac Collegium hujusmodi, illorumque sin:
gulares personas a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, et Interdicti, alijs:
que ecclesiasticis sententijs, censuris, ac pœnis, a jure vel ab homine quavis occa:
sione vel causâ latis, si quibus quomodolibet annodati existunt, ad effectum
præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore cen:
sentes, nec non fructuum, redditum, ac proventuum ejusdem Congregationis, et illi
anne:

annexorum verum annuum valorem præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplica:
tionibus inclinati, curam animarum Parochianorum hujusmodi, qui pauci existunt, a
8 prædictâ Ecclesiâ Sti Vitalis auctoritate apostolicâ tenore præsentium abdicamus et se:
paramus, illamque ad alias viciniores Parochiales Ecclesias de illarum Rectorum
consensu, juxta providam dicti Ordinarij desuper faciendam ordinationem, itaut deinr:
ceps dicta Parochialis Ecclesia curâ Animarum careat, transferimus: Et nihilomi:
nus eandem Ecclesiam Sti Vitalis sic curâ carentem, ut præmittitur, sivè aliter quovis:
vis modo, aut ex alterius cujuscunque personam, seu per liberam resignationem
dicti Ottonis, vel cujusvis alterius de illa in dicta Curia, vel extra eam, etiam coram
notario publico, et testibus sponte factam, aut constitutionem felicis recordationis
Joannis Papæ XXII. prædecessoris nostri, quæ incipit Execrabilis, vel assecutionem
alterius beneficij ecclesiastici quavis auctoritate collati, vacet, etiam si tanto tem:
pore vacaverit, quòd ejus collatio juxta Lateranensis Statuta Concilij ad sedem
apostolicam legitimè devoluta, ipsaque Ecclesia Sti Vitalis dispositioni apostolicæ
specialiter vel generaliter reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cujus
statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodò tempore
datarum præsentium non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum, cum annexis
9 hujusmodi ac omnibus juribus, et pertinentijs suis, eidem Congregationi Presbite:
rorum, ita quòd liceat illius Sacerdotibus prædictis Ecclesiæ Sti Vitalis, et bonorum
ac habitationum hujusmodi corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios,
propriâ auctoritate liberè apprehendere, illamque, ut præfertur, regere, guberna:
re, administrare, et retinere Ordinarij Loci, aut cujusvis alterius licentiâ desu:
per minimè requisita, dicta auctoritate apostolica earundem tenore præsentium
perpetuò unimus, annectimus, et incorporamus: Ita tamen ut Sacerdotes Congregatio:
10 nis hujusmodi curam dictorum pauperum Orphanorum sedulò et diligenter exercere te:
neantur. Decernentes eandem abdicationem, separationem, unionem, annexionem, et
incorporationem, nec non præsentes litteras de surreptionis vel obreptionis, aut nullitatis
vitio, seu intentionis nostræ, aut quopiam defectu, notari, vel impugnari, aut sub
quibusvis revocationibus, suspensionibus, vel alijs contrarijs dispositionibus mi:
mi:

milium vel dissimilium gratiarum comprehendi non posse, sed semper ab illis exceptas, et
quotiens illae emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, et de novo concessas esse, et
censeri, ac causam seu causas, propter quas unio, annexio, et incorporatio predictae con=
cesserint, coram eodem loci Ordinario, etiam tanquam a Sede predicta delegato verifica=
ri nullatenus debere, nec propterea aut ex eo quod interesse praetendentes vocati non
fuerunt, per surreptionem obtentas presumi, nec viribus carere, sicque in premissis
per quoscumque Judices quavis auctoritate fungentes, sublata eis et eorum cuilibet
quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et defi= 11
niri debere, non obstantibus, priori voluntate nostra predicta, ac Lateranensis
Concilij novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a iure permissis, fie=
ri prohibentes, nec non piae memoriae Bonifacij Papae VIII etiam predecessoris nostri
et alijs apostolicis Constitutionibus et Ordinationibus contrarijs quibuscumque:
Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel alijs beneficijs
ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictae Sedis vel Legatorum eius
literas impetravint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, et decretum,
vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem literas et processus habitos per
easdem ac inde secuta quecumque ad dictam Ecclesiam Sti Vitalis, volumus non
extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem beneficiorum aliorum, prejudi=
cium generari, et quibuslibet alijs privilegijs, indulgentijs, et literis apostolicis, gene=
ralibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quae presentibus non
expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet
vel differri, et de quibus quorumcumque totis tenoribus habenda sit in nostris
literis mentio specialis, proviso quod dicta Ecclesia debitis propterea non fraude=
tur obsequijs, sed eius congrue supportentur onera ~~[illegible]~~ consueta, et insu= 12
per ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam quavis auc=
toritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino homi=
num liceat hanc paginam nostrae absolutionis, abdicationis, separationis, translatio=
nis, unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, et decreti, infringere, vel ei
ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignatio=
nem

nem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.
Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Sexcen=
tesimo Sexagesimo nono, Nonas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Novemb. { X
X
X

Ant.s Salatas
A. Bergeris
O. Ripavolius
B. Bisseolus
P. Pamphilius
Pa. Barengs
S. Mantigonus
Bta Simmtys
P. Pamphilius

Jo: Ricegnanus pro Magistratu — 9 —
Franciscus Balbus pro annata 3 et obuli
Jo: Maria vatinus
L. Sona Arena pro annata 1. s. et ob. se.
J. Paluttius pro annata 3.
Eufros. de Epiphanijs pro annata 1 Jull. VIII et ob. se.
A. Gailart
A. Argulus pro annata 4 Jull. 5 et ob. se.
P. Signorelli D. Balbus 8 ~~[illegible]~~

Nobat.

241

Notabiones

1 Ecclesia SS.orum Cosmi et Damiani, nunc S.ti Angeli nuncupata, fuit olim Monachorum Ordinis S.ti Benedicti, et a Federico Cesio Card. ~~Episcopo~~ Preside Cremonensi, dimissis monachis, fuit annexa et incorporata Ecclesiae S.ti Vitalis, et utraque in Commendam assignata Othoni de Parentis Presbitero Seculari, indè denuò separata, et postmodùm assignata Fratribus Minoribus Observantiae S.ti Francisci.

2 Ecclesia S.ti Vitalis, nunc S.ti Geroldi nuncupata, erat Parochialis, habebatque curam animarum adnexam, quam Otho de Parentis cum Domibus et Juribus adnexis renunciavit ad usum Orphanorum, ut apparet etiam ex desuper confecto Instrumento in membrana descripto, et in Archivio S.ti Geroldi conservato. (non si trova più)

3 Nonnulli Nobiles et Cives Cremonenses anno 1561 collegerunt quamplures Orphanos et Orphanas, et pro Orphanis masculis erectum fuit Collegium in Aedibus S.ti Vitalis, approbante et confirmante Episcopo Card. Cesio, volente quòd Redditus dictae Ecclesiae inservirent ad manutenendum unum Sacerdotem ad nutum Administratorum amovibilem, qui Animarum et Orphanorum curam exerceret.

* Puellae Orphanae separatae fuerant a Pueris, et de illis hic nulla fit mentio: Ergo nec Bullae illarum cura non fuit Somaschensibus assignata.

4 Supradicti Nobiles Rectores et Administratores Collegii Orphanorum eidem aliam domum donaverunt, confecto super id Instrumento.

5 Presbiteri Congregationis Somaschae sponte et amore divino ab ipso huiusmodi Institutionis et Fundationis initio ad Orphanorum masculorum curam se se applicaverunt, praecipuè in iis, quae ad animarum salutem pertinent: Ergo non habuere administrationem Bonorum temporalium!

6 Ne Somaschenses ab huiusmodi Orphanorum cura eijcerentur, Nicolaus Sfondratus Episcopus et Cives Cremonenses petierunt a S.ta Sede apostolicâ, ut eis dictam Ecclesiam et curam Orphanorum assignaret: Ergo non possunt eijci.

7 Annui Fructus et Proventus Ecclesiae S.ti Vitalis valorem triginta Ducatorum auri de Camerâ non excedunt.

8 Pius Pontifex Ecclesiam S.ti Vitalis ab onere Curae animarum liberat, et ad alias vicíniores Ecclesias Parochiales transfert.

9 Idem Pius Ecclesiam S.ti Vitalis cum omnibus Juribus et Pertinentiis suis Congregationi Somaschae perpetuò unit, annectit, et incorporat: Cum hac conditione

10 Ut Presbiteri dictae Congregationis curam Orphanorum sedulò et diligenter exercere teneantur. Ergo si Somaschenses curam Orphanorum voluntariè derelinquant, possunt Ecclesiâ S.ti Vitalis, Juribusque ad eam spectantibus, non autem Bonis eorum industriâ acquisitis, espoliari; ~~[illegible]~~

11 Aufertur cuilibet Judici, etiam Episcopo tanquam a Sede apostolicâ delegato, aliter judicandi, et interpretandi facultas.

12 Conditio, ut onera dictae Ecclesiae, consueta, puta Celebrationes missarum et alia, si quae erant, congruè supportentur.